

00
Kk

I
5.
N° 32

Zur Bibliothek des Königs und Herzogs von Sachsen
Mit dem Aufdrucke eines Buchdruckers.

29

20
d.

DISSE^{NTIA}TIO PHILOLOGICA,

DE VERBORUM

EN TH_I ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ,

Matth. XIX, 28.

SIGNIFICATU ET
COHAERENTIA,

Quam

DEO T.O.M. AUSIBUS CLEMENTER ADSPIRANTE

PRAESENTE

FRANCISCO ULRICO
WALTERO,

S.S. THEOL. DOCT. LING. GRAECAE PROFESS. ET ECCLES.

REF. PASTORE,

AD DIEM JANUARII MDCCXXXI

H. L. Q. S.

DOMINORUM COMMILITONUM
discussioni offert

RESPONDENS

JOHANNES JACOBUS CUNTZE,

MOLLENBECCA · SCHAUENBURGICUS HASSIUS.

RINTELII

TYPIS JOHANNIS GODOFREDI ENAX

ACAD. TYPOGR.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

THE HISTORY OF INDIA
BY HENRY COLLIER

EDWARD C. BROWN
PRINTING COMPANY

1870. VOL. I. PART I.

1870. VOL. I. PART II.

1870. VOL. II. PART I.

1870. VOL. II. PART II.



Aya9y 7xx.

§. I.

Solet Deus T.O.M. suos
cultores, quibus non dixit, fruſtra
querite me Ies. XLV. 19. egregiis
promiſſionibus ad officia quaeviſ
animare, non tantum propter va-
rias, quibuscum fidelibus in hac
mortalitate luſtandum eſt, infirmitates, verum etiam
ob praemiorum aliquando impetrandoꝝ praefstan-
tiam. Nullum majus ad pietatem & in ea perseve-
rantiam incentivum eſt, quam ſi pii, mundo exoſi &
hinc variis gravifimisque afflictionibus obnoxii,
de felicissimo omnium ſuarum, quas propter teſti-
monium Christi patienter perferunt, calamitatum,
exitu ſint certi. En vero ſummam benigniſſimi
Numinis clementiam, quod illa ipſa opera maximis
praemiis exornet, quae non niſi Spiritu S. auctore
perfici poterant! Ita nos homines vix quicquam boni
agimus, niſi aut neceſſitate coaſti; aut utilitate per-
ſpecta, quæ ſi abſint, languet noſtra actio. Ideo Deus
A 2 O.M.

Quam ob
eaſum Deus
ſcipiūm co-
lentibus e-
gregia prae-
mia promi-
tat.

O. M. hanc ingenii humani labem perspiciens & tam
men omnes homines salvos fieri cupiens, 1 Tim. II. 4.
amplissima praemia, quib⁹ pietatem remunerare velit,
in verbo suo proponit, Harm. Gerhardina T. I. p. 1371.
Praeterea quoque, dum Deus obedientiam a suis ex-
igit, eo ipso ostenditur suā futurae gloriae dignitas
& ὑπεροχή. Quod si, ut vetus proverbium loquitur,
ἢ σκολα τὰ παλα. Difficilia quae pulchra, quis hujus
aevi leves & praetereunte ad afflictiones, quaeque ex-
cellenter excellentis gloriae pondus aeternum confi-
ciunt, magno non sustineret animo? Leves, quin
imo momentaneae sunt omnes praesentis seculi acer-
bitates, licet gravissimae, si cum aeternis gaudiis
comparentur. Quare quum Christus olim suorum
discipulorum animos in obsequium, & quo se ipsum
fidei ducem & consummato rem constanter imitaren-
tur Hebr. XII. 2, flectere vellet, eos futurae gloriae
promissione instruxit. Quod thematis hujus ver-
bis declaratur: Amen dico vobis, vos qui secuti estis
me in regeneratione: quum sederit filius hominis in
throne gloriae sua, sedebitis vos etiam in thronis duo-
decim &c. Verba auro cedroque longe digniora,
idcirco ea, quantum ob temporis harumve pagella-
rum angustiam licebit sub censum vocabimus, visuri
qualis nexus & sensus maxime ἡς παλιγγενεσίας esse
debeat.

S. II. Ordinis gratia A. Vociς παλιγγενεσίας
significatū breviter exposito, varias lectiones & in-
terpretationes recensēbimus. B. Sententiam no-
stram perīpicue exhibebimus & adstruemus. Quod
no-

Modus tra-
stationis.

οντος , οντος

nostrum institutum, ut ex voto succedat, clementissimus noster servator Ἰησοῦς παλιγγενεῖας Spiritum velit largiri, cogitationes nostras & calamum ita dirigere, quo ea proferamus, quæ veros Iesu Christi discipulos & ministros decent.

§. III. Vocem hanc ex πάλιν denuo, rursus, & γένεσις, generatio, ortus, origo compositam, vel in vulgaris notum est. πάλιν duo tantum lingua Graeca significat, vel enim est particula repetitiva, quæ significat rei repetitionem jam factæ, aut sermonis jam dicti: vel est particula oppositiva, significans oppositionem, quin significat contra, e diverso vid. Leighii Crit. s. ad particulam πάλιν, ubi simul observat eam. Marth. XVIII, 19. neutrius esse significatus, quum nec Christus ibi quidpiam repeatat, quod ante dixerat, neque faciat oppositionem. In supplemento Crit. sacr. vero longe plures adducuntur significations, quod denotet iterationem, vicitudinem, contrariationem factorum, retroactionem, redintegrationem & denique continuationem. Exempla permulta in Aristophane, Homero, & Aristotle, prostant. παλιγγενεῖα & in genere dicit a) renascentiam & rei aliquujus in primitum statum restorationem. Stoicos per παλιγγενεῖαν novam generationem post φθορὰν indicasse constat. vid. Gatakerus Adv. Misc. col. 770. & Suicerus in Thesauro Eccl. T. II, p. 549. b) restitucionem totius naturæ in fine mundi, de qua Philo de mundo. Ἀμύχων παλιγγενεῖαν τὸν κόσμον λαβεῖν. i. e. denuo mundus nasci non potest: vid. Euseb. Praep. Evang.

παλιγ-
γενεῖας
clymon,

Evang. l. XV. c. XI. ubi $\gamma\alpha\pi\delta\lambda\omega\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$ mundi
 instaurationem vocat die novissima venturam. Δ
In specie hoc vocabulum notat $\alpha)$ illud supernatu-
 rale Dei opus quo homini spiritualiter mortuo, nova
 & Divina infunditur vita, ex incorruptili verbi DEI
 semine per Spiritum Sanctum fœcundati. Quæ
 actio recte vocatur $\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$, non autem $\gamma\epsilon\pi\alpha\pi$,
 dum per regenerationem nova substantia non pro-
 ducitur, sed corrupta restauratur & renovatur. $\beta)$
Baptismum, qui consueto in sacramentis tropo, quum
 signo tribuitur signati vel nomen ut Gen. XVII. 10.
 Ex. XII. II. 1 Cor. X. 4. Matth. XXVI. 26. vel pro-
 prietas ut Act. XXII. 16. 1 Petr. III. 21. vocatur,
 $\lambda\epsilon\tau\tau\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$ lavacrum regenerationis Tit. III.
 5. vide sis Cel. Elsneri in hunc locum observationes
 lavacrum hoc regenerationis erudite illustrantes,
 ubi paganos per $\kappa\alpha\nu\gamma\lambda\alpha$ baptismum imitatos esse
 in lidois sacris monet. $\gamma)$ *Restitutionem* corporum
 humanorum per resurrectionem, quemadmodum
 de variis hisce significatibus fusius egit laudatus *Sui-*
cerus in thesauro l.c. quare iis recensendis superse-
 demus. In usu quoque fuit vox $\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$, apud
 Pythagoreos, ad designandum redditum mentis $\epsilon\pi\pi\pi\pi$,
 $\gamma\epsilon\pi\alpha\pi$, sed longe alium, quam nos Christiani credi-
 mus, illi enim mentem prius defuncti ad vitam in-
 corpus alterius redire somniarunt $\delta)$ Oeconomiam
 N. T. quam Clemens Alexandr. Pædag. L. II. c. IX.
 Op. p. m. 166. $\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$ $\iota\iota\kappa\epsilon\mu\pi\alpha$ *regenerationis*
Oeconomiam vocat, quod quoque observatum a Clas-
 siss. Theod. Hafso Biblioth. Brem. Cl. II. Fas. II. p. 241.
 legi-

legimus; παλιγγενεῖας vocem bis tantum in N. T. codice veluti h. l. & Tit. III. 5. occurrere monitu vix opus est.

S. IV. ἀναγέννησις apud Græcos Patres, Ḡgorium Nazianenum, Nyssenum. Chrysostomum, Justini num Martirem, Cyrillum, aliosque idem denotat, quod παλιγγενεῖα, Divus Petrus i Ep. I. 3. verbo, ἀναγέννησις unde ἀναγέννησις. 23. de regeneratione fidelium proprie dicta loquens, utitur. vid. de verbo γένος indeque compositis Stephani Lex. T. I. col. 824. & seq. ubi & παλιγγενεῖα notionem repries. Regenerationem secundum primum s. antec. memoratum significatum idem quoque esse quod αἰδοσασις resurrectio s. resuscitatio, quim per regenerationem pii spiritualiter cum Christo resurgunt, Rom. VI. 4 seqq. ἀνανίωσις, renovatio, ac Hebræum τῇ μεταμόρφωσι, immutatio, decessio, successio, militare vocabulum διαδοχή. Abwechslung / Verwisselung. Job. XIV. 14. donec veniat τῇ μεταμόρφωσι decessio mea, h. e. donec ego de statione decedam, alio succedente, ut in militia fieri solet. LXX. ἐώς πάλιγγεννωμαι, vid. Coccej. in Lexico, qui & radicis φῆμ signicatus varios exhibet. Quod autem verbum φῆμ vers. 27. Pſ. CII. bis occurrens, redditum a LXX. per εἰλίξις οὐκ ἀλλαγήσονται El. Huiusmodi ēτι παλιγγενεῖα per παθήσις την exprimendi occasionem dederit, probabile est. Conf. Buxtorfi Lex. Talm. in verbo φῆμ col. 771. & 772. Quotuplex autem sit αἰδοσασις, nimirum vera & figurata, eaque iterum duplex, vel singulorum credentium, vel totius corporis ecclesiæ solide de-

Synonymæ
voces qua-
nam?



demonstratum ivit Celeb. *Vitrina in Es. XXVI* 19,
Comment. P. II. p. 61. & seq. Quod per ἀνάστασιν re-
surrectio omnium, per ἀναβίωσιν autem ea, quæ justo-
rum est intelligatur, & quod pagani restitutionem
quoque post morbum ἀνάστασιν vocaverint, & quæ
similia notata leguntur in Leighii *Crit. S.* De verbo
Ἄντιον autem plura extant in Gussetiis *Commentar. Ling.
Hebraeae* ubi per Ιωάννην παῖς τὸν μεταβιβλεῖν
mutabitis ea atque
mutabuntur, mutationem in melius supponi tradit:
„At, verba ipsius sunt, Hiphil παῖς τὸν dicit insuper
„aliquid notabile, in comparatione cum vestibus,
nempe non modo non annihilantur, quæcumque ea
„sint, de quibus Παῖς τὸν usurpat, sed etiam vesti suc-
„cedit alia melior. Cœlis igitur hisce detractis sub-
„rogabuntur novi præstantiores. Porro ut simili-
tudo omnis claudicat, non obstat comparationi hoc
discrimen, quod cœli novi faciendi sunt ex ipsa ma-
teria veterum. *Conf. Prodromus Criticus Job. Hee-
seri ad rad. Παῖς.* Ubi hoc verbum valde πολὺση-
μον esse ostenditur. Fallitur tamen in eo, dum hoc
verbum de innovatione rei quoad substantiam fre-
quentius reperiri ait, quam de mutatione qualitatum.

§. V. Sufficere haec quoad notionem vocis
possunt. Videamus nunc quomodo haec verba εἰ τῷ
παλιγγεσίᾳ a diversis varie sive cum sequentibus, sive
præcedentibus conjungantur. Quoniam illa sen-
tentia quod ad sequentia referenda sint, receptior est,
aque tantae evidentiae olim *Augustino* visa, ut dicere
haud dubitaret; de interpretatione hujus loci *nemini*
ambigere, ideo eam primo loco ponimus.

Qui-

Prima circa
nexum
Ἰησοῦς πέθα-
λιγγεσία-
σιας senten-
cia recensetur,

¶ 9 ¶

Quidam ea intelligunt de resurrectione mortuorum & consummatione totius Ecclesiae. Qui hoc sentiunt sunt jam citatus Augustinus de civitate DEI I. XX. c.5. infit: Quod ait, in regeneratione, procul dubio mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum est anima nostra regenerata per fidem. Munsterus, Vatablus, Jac. Cappellus, Erasmus Roterod. Henricus Heideggerius in laboribus Exeg. in Matth. inquit ἐν παλιγγενεσίᾳ non referendum id est ad praecedentia, quasi dicere voluerit Christus, qui me in regeneratione, seu primo adventu meo, quo mundum regeneratur in carnem veni, ut Hilarius construit, sed ad sequentia, ita ut beneficij promissi tempus notetur, quod erit regeneratione, hoc est tempus illud, quo post resurrectionem ex mortuis restituentur, perfecte renovabuntur, regenerabuntur in coelo omnia conf. Actor. III. 21. 2 Pet. III. 13. Piscator ἐν παλιγγενεσίᾳ ita exponit: in renovatione mundi, vel potius post renovationem mundi in altero seculo. Quanquam nomen παλιγγενεσίας videatur potissimum intelligendum de restitutione corporum & resurrectione. Clericus etiam παλιγγενεσία ad tempus resurrectionem secuturum refert; Frider. Spanheimius Dub. Ev. P. 3. dub. 133. p. 768. παλιγγενεσία gloriae potius, quam gratiae intelligit. Alii veluti Gregorius Romanus, Theophylactus, Lyranus, Hugo Cajetanus, Jansenius, Petrus Martyr, Victorinus, Strigelius, Flac. Illyricus παλιγγενεσία quoque pro resurrectione mortuorum exponentes apud Gatakerum

B

kerum

kerum Advers. Mist. cap. XXXIII. col. 769. & 770.
citati leguntur.

Secunda sen-
tentia.

§. VI. Per παλιγγενεσιαν regnum Christi post ipsius resurrectionem innui putant Camero, Hammondus, Hugo Grotius, qui praesertim variis exemplis probare contendit appellationem geniturae hoc sensu receptam tuisse. Witsius Exercit. XXII. in Symb. Apost. §. XX. ad praesentem locum notat: Verum ne hic quidem de universali iudicio sermo esse videtur, quoniam solarum mentio est tribuum Israëlis. Et jam inde a sui in coelum ad scensione confedit dominus in throno gloriae ad dextram Patris. Tempusque occupati regni & effusi Spiritus merito παλιγγενεσια dicitur: initium quippe seculi novi, quo novum coelum, novaque terra creata, Ies LXV. 17. & nova facta sunt omnia 2 Cor. V. 17. Idem sentiunt Van Till, aliique. Et ex recentioribus Roëlius in Commentario in Principium Ep. ad Ephesios p. 47. & 48. dicit: παλιγγενεσια esse rerum omnium innovationem secutam Christi exaltationem & collocationem ad dextram maiestatis in coelis, nemo dubitare potest, qui serio attenderit ad ipsorum verborum significationem & connexionem eorumque explicationem in ipsa S. Scriptura, ut ergo reveris seu generatio mundi, ortus ejus & creatio, omniumque partium apta dispositio &c. ita παλιγγενεσια, ejus post Φθοραν corruptionem nova generatio seu innovatio: Eo sensu Stoicos voce illa usus fuisse constat. Talis autem mundi innovatio accidit post Christi glorificationem, quando non tantum restauratio facta in doctrina & mori-

moribus inter Judeos & gentes, sed & nova plane
mundi facies & σχῆμα introductum. F. A. Lampe
Exerc. Sacr. in Ps. XLV. p. 570. hic quoque ex parte
propendere videtur. Quod vero ab aliis παλιγγενεσία
acciipiatur pro totius universi innovatione, Gata-
kerus l. c. monuit. Id prolixius deducere ideo
quoque minus consultum arbitramur, quum resur-
rectio mortuorum totius universi restorationem
vel includat, vel praesupponat. Cum sequentibus
τὴν παλιγγενεσίαν conjungere videtur Lutherus. Wol-
fius in Cur. Phil. de resurrectione mortuorum in-
telligit.

S. VII. Alii aliter sentiunt & ἐν τῇ παλιγγε-
νεσίᾳ cum praecedentibus connectunt, adeo ut, σὺν
non intercedat inter οἱ αὐτορθόστατεις μοι & ἐν τῇ πα-
λιγγενεσίᾳ, sed collocetur demum post ultima haec
verba, qua ratione non tempus praemii discipulis
conferendi, sed modus sequendi Christum indica-
retur. Qui me fecuti estis in regeneratione, id est
postquam Spiritu meo vos regeneraveram ad novam
vitam. Pauciores sunt quibus haec expositio pla-
cet. Quanquam jam monuerit Gatakerus illos sibi
invicem non consentire prorsus, quum Hilarius in
Matth. can. 20. de regeneratione, quae fit lavacro
baptismi & fidei sanctificatione, & auctor operis im-
perfecti, quod inter scripta Chrysostomi habetur,
in Matth. Orat. 33. de tempore regenerationis quando
homines regenerati per baptismum facti sunt ex filiis
bonum filii DEI, interpretentur. Aretius autem
intelligit de vocatione ad agnitionem Christi,

Tertia sen-
tentia cum
praecedenti-
bus ea verba
ἐν τῇ πα-
λιγγενε-
σίᾳ con-
nectit.

poenitentia & professione novae doctrinae, quam Christus vocatis discipulis proposuit. Cum quo celeberrimus scripturarum interpres Calvinus consentit, cuius verba prolixius exscribimus. *Quidam ait, hanc particulam ad sequentem contextum rejiciunt. Ita regeneratio nihil aliud esset, quam novitas, quae instauracionem nostri sequeatur, dum absorbebitur, quod materiale est a vita, & corpus nostrum humile in coelestem Christi gloriam transfigurabitur.* Sed ego generationem potius ad priorem Christi adventum refero, quia tunc coepit renovari mundus, & ex mortis tenebris Ecclesia in lucem vitae emerxit. Atque haec loquendi ratio passim occurrit in Prophetis & ad hujus loci circumstantiam optime quadrat. Nam toties promissa Ecclesiae renovatio spem fecerat mirae felicitatis simulataque adparuisse Messias. Christus ergo, ut errorem illum cobibeat inter regnissimum principium & complementum distinguit. Atque adeo voluisset secundum hanc sententiam docere discipulos longe aliam παλιγγενεσιν necessariam esse, quam eam, cuius tunc praejudiciis fascinati tenebantur, regno scilicet Messiae terrestri & usque ad fines mundi protendendo.

Quarta sententia.

§. VIII. Neque desunt demum, qui & cum sequentibus aequa ac praecedentibus commode conjungi posse arbitrantur prout Bullingerus: Illud vero, infit, in regeneratione, referri potest, vel ad praecedentia. Vos qui secuti me estis in Evangelii & regni Dei negotio, quod regenerationem tradit. Vel referri potest ad sequentia in regeneratione, quan-

quando videlicet sederit Filius hominis in sede maiestatis suae &c. Potest autem, Harmonia Gerhardina tom. I. p. 1372. ait, uterque s̄ens̄us commode conjungi, quia Christus dicere vult: non vos poeniteat iactuariae, quam passi videmini, eo quod me verae regenerationis autorem & doctorem, relicitis aliquibus vestris reculis prae aliis secuti esis. Non deerit vobis vestrum praemium, quod in magno illo regenerationis & restitutionis omnium die universo mundo patefaciam. Conf. Erasmus Schmidius, qui in medio relinquere videtur, quaenam harum sententiarum praferenda sit. Non igitur Qualterus solus, sic notante Gatakerio, utramque regenerationem, tam praesentem, quam & futuram intellexit.

§. IX. Antequam vero exhibeamus unius eiusus sententiae rationes, ex quibus demum constare poterit, quaenam sit praferenda, hoc monere debemus, nobis dum hujus materiae ulteriorem expositionem meditaremur, eamque in rem virorum eruditorum labores conferremus haud leves fuisse, scrupulos injectos, quomodo horum verborum legitimum conceptum nobis formare, verumque sensum eruere quiremus. Non, quod arbitremur interpretationes memoratas ad unam omnes a scopo aberrasse, sed quod animadverteremus viros quosdam eruditos veluti Deylingium & Wolfium in quibusdam dissentire, hic enim celeberrimos viros Roëllum & Lampeliv παλιγγενεῖς μοι referre ait, ille vero Roëllum eorum classi adscribit, qui cum sequentibus con-

Quaedam
necessaria,
ante discus-
sionem sen-
tentiarum,
monentur,

conjungunt, commate posito post verba haec ~~ἀρθίσατε μου~~. Quae discrepantia inde, prouti nos
 judicamus, oritur, qnod vel 1.) praesupponatur, Ser-
 vatorem nostrum suis discipulis constantiam in ob-
 sequio, fide & professione novae doctrinae serio
 commendasse, ut Christus diceret, quando me in-
 posterum, quum a mortuis resurrexero, & novam
 oeconomiam, abrogando veterem, inchoavero, effu-
 so Spiritu regenerationis, fueritis secuti, etiam tunc
 quando Filius hominis federit in throno gloriae,
 suae, sedebitis vos etiam &c. adeoque hic aor. I pro-
 prie & ordinario sensu exponeretur: Wenn ihr mir
 so fort bis ans Ende werdet nachgefolget haben / wie
 bisher geschehen ist. Vel 2.) illa verba ὅταν ἡ οἰκοδομή τῆς
 αἰώνων non de illustri Christi adventu & manifesta-
 tione gloriae suae in ultimo judicio intelligentur, sed
 de tempore, quo Christus a mortuis revocatus, in
 coelum evectus, thronum suum occupavit, & per
 effusionem Spiritus S. sese Regem esse declaravit.
 Vel 3.) quod quae Deylingii mens esse videtur,
 praesupponatur eo ipso, quo terminus ille παλιγγενε-
 σίας initium suum in Christi resurrectione habere
 statuitur, eo ipso etiam ad sequentia verba, haec ἐν τῇ
 παλιγγενεσίᾳ referenda sunt. Et ne quid dissimule-
 mus, rei convenientius videtur, ut sententia aeti-
 mentur ex termino *a quo & ad quem* παλιγγενεσία
 refertur. Quod si enim ille ponatur in vocatione
 discipulorum, verba ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ cum praec-
 edentibus, si hic in Christi resurrectione, vel in
 innovatione omnium cum sequentibus cohaerent.

In-

Interim suo quisque de hisce verbis fruatur conceptu. Nos dicta sequemur conceptumque nostrum. Quantum enim videmus celeberrimi Roëlli verba loco allegato eo tendunt, ut demonstret, quod promissio Christi discipulis facta, statim atque in coelum fuerit evectus, impleri cooperit, adeoque ita exponi nequeunt, acsi cum praecedentibus ἡν παλιγγενεσίαν copulaverit. Tempus enim praemii confundendum minime esse cum tempore vocationis & fidei liquido constat.

§. X. Rationes nunc proferendae quibus unaquaque sententia innitur. Prima sententia communissima est atque plurimorum Ecclesiae primitivae Patrum, qui hunc locum ita exposuerunt, subnixa testimonis, prolixe apud Gatakerum enarratis; quanguam prima haec expositio diversas species interpretandi iterum in se complectatur, quum alii de totius hujus universi restauratione, alii vero de resurrectione mortuorum solum sermonem Christi institui velint. Verum nil impedit, quo minus diversi hi modi exponendi pro una eademque sententia haberi queant, siquidem vel hujus universi & πάντων οὐρανών restitutio (a qua tamen lapsos angelos damnatosque homines excludentes merito esse putamus) cum mortuorum resurrectione conjuncta erit, adeoque illius consequens, aut resurrectio mortuorum & παλιγγενεσία corporum, de qua Paulus 1Cor. XV. differit quasi hujus διπλασίας effectus. Quicquid sit, sive hujus orbis restauratio & resurrectione mortuorum uno eodemque momento accident, five

Argumenta
primae sen-
tentiae re-
censentur.

sive tempore differant, de quo proprie non quaeritur, probabile esset &) talem restitutionem, qualem S. Literae ultimis temporibus passim promittunt hic innui, quando Christus totius orbis judex a Patre constitutus, gloriösus, ita ut ab omnibus ejus δόξῃ majestas & potentia agnoscatur, adpariturus est. Licet enim Christus inde ab ascensione solium suum occupaverit, & post tot exantatos labores atque cruciatus summa fruatur quiete, nihilominus tamen quies ipsius tamdiu summa atque perfecta dici nequit, quamdiu Ecclesia, ipsius corpus, variis in hoc mundo afflictionibus adhuc est obnoxia. Quin imo &) illud judicium apostolis a Christo promissum in praesenti seculo locum obtinere nequit, verba enim servatoris καθίσεις καὶ ὑπὸ ἀδενα Σέργειος, κρίνοτε τὰς δώδεκα φυλὰς τὰς ἵσταται, nimis ampla & augusta sunt, quam ut ad seculum praesens praesentemque Apostolorum, quum animae ipsorum solum in coelo existant beatae, referantur sint.

a) Conjunctionē & ad aliquid antecedens respicere, evidens esse videtur, adeo ut separari ab antecedentibus ēν τῇ παλιγγενεσίᾳ, quorum hoc quod sequitur ulterior expositio, non possit. &) Testimonia Patrum, quae παλιγγενεσίαν sic interpretantur, huc velificari, atque argumentum pro prima hac sententia exhibere sat grave negari nequit.

§. XI. Secundam sententiam adstruant
&) quod tunc quum Christus ex mortuis resurrexit & in coelum videntibus suis discipulis ascendit, statim occupavit thronum suum κατα οὐκηστα, καὶ εκα-

Secundae ex-
positionis
stationes.



ἰκανότατα μετὰ τῆς Πατρός μετὰ ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ego vici &
sedeo cum patre meo in throno ejus Apoc. III. 2I.
¶ Quoniam per Christi ascensionem & exaltationem ad dextram maiestatis, qua ὑψωθεὶς dicitur Act.
II. 33. publice declaratum fuit, coelum nunc reclusum,
& cum terra conjunctum, adeoque ut verbis Apostoli
ad Col. I. 20. utar *omnia Patri tum quae in terra,*
tum quae in coelis, reconciliata esse. Ita omnis inimicitia Deum inter & homines, beatos coelites & fideles in terra palantes ablata & vera pax restituta.
¶ Novam tunc mundo faciem accesuisse, sive doctrinam, quae multo suavior clariorve, sive mores, qui posthac politiores, & humanitati convenientiores esse debebant, spectemus, dubio plane caret, ut recte dixerit cl. Röellius reformationem esse factam in doctrina & moribus, inter Judaeos & gentes Cui δ) accedit, quod Sacra Scriptura talem παλιγγενεσίαν confirmet 2 Cor. V. 17. *Vetera praeterierunt, ecce nova facta sunt omnia.* ε) Ipsa connexio pro tali sensu peroret, vel eum stabilire primo intuitu videatur, nimirum Servatorem discipulos suos adversus gravissimas ex morte sua orituras afflictiones & dolores brevi licet duraturos Job. XVI. 20. ne in iis animum desponderent, confirmare voluisse, si quidem Christus per passiones & mortem consummatus gloria & honore maximo eum in finem coronandus erat, ut fideles suos sodales, discipulos, omnesque in ipsum credentes aliquando glorificaret., atque adeo ab omnibus liberaret miseriis. ζ) Et quid judicatu est proclivius, quam hunc fuisse Christi

C

sco-

scopum, ut insignem illam καλατεοφην praenuntiaret, quae ipsius contemptum abjectumque statum inse-
qui debuit, ut scilicet a Judaeis judicatus & con-
demnatus ipsos judicaret per verbum Evangelii ab
Apostolis praedicandum. Conf. Roëllius loco supra
citato.

Tertiae sen.
tentiae vires.

§. XII. Non absre agere illos, qui verba
ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ cum praecedentibus connectunt,
ut modus Christum sequendi, non tempus praemii
discipulis conferendi designetur, id sequentia decla-
rant. a) Quoniam post haec verba demum in
multis codicibus Graecis σιγμόν conspicitur, quam
distinctionem quaedam versiones vulgatae editionis
sequuntur. b) Si verba Christi proprius inspiciantur,
voluit iis arrogantium Petri, de bonorum
derelictione & jactura, quam una cum reliquis disci-
pulis ex Christi amore subierit, gloriantis, in eaque
turpiter meritum quoddam constituents, repre-
hendere, atque docere, in quo vera ipsius imitatio,
obsequium fides atque amor consistant, & quales
demum actiones remuneranda fint, nimirum τὸ
ἀνολαθεῖν ἀνέστη ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ. c) Verus fons
omnis boni in homine Spiritus Sanctus est, nisi
enim quis γεννηθῆ ἀνθρη regenitus desuper Ioh. III. 3.
regnum DEI videre nequit, hinc monebantur disci-
puli in externis operibus & officiis, quae gentiles at-
que hypocritae itidem peragunt, minime subsisten-
dum, nullamque veram gloriam in iis ponendam,
sed attendendum ad internas Spiritus regenerantis
operationes, quarum non ultima sit humilis animus,

caete-

caeterum omnem remunerationem arbitrio Divino
committendam. d) Nihil unquam in S. literis pro-
mittitur nisi sub conditione quorundam officiorum.
Stipulatio praecedit, missio sequitur: quare
Christus egregiorum atque peramplorum praec-
miorum spem faciens absque dubio modum praes-
cribere voluit, quem observare deberent ipsum.
πιστεύοντες. Maxime e) quando in eo erat ut
mox per mortem legi damnanti satisfaceret, iis re-
vocare ad animum consultum esse duxit qualis Spir-
itus filii essent nempe Dei, qui non quaerit mundana
non mercedem corruptibilem, qualern regum hujus
seculi ministri desiderant & recipiunt, sed (*καὶ προσωπίαν*
*ἀρχαρτον καὶ αὐταρτον καὶ αὐταρτον τετηγμένην εἰς οἰκα-
νούς*) haereditatem, quae nec corrupti potest, nec
contaminari, nec marcescere, in coelis servatam;
I Pet. I. 4. ideo Christus tempus praemii tribuendi
determinabat: *Quum sederit Filius hominum in throno*
gloriae suae sedebitis vos etiam in thronis duodecim,
judicantes XII. tribus Israël. Atque f) nihil aptius
erat ad deflectendas, seu deducendas discipulorum
mentes a regni Christi terreni & gloriofi, quod in
hisce terris somniabant erigendum, expectatione,
crudum enim iis regni coelorum fuisse conceptum
petitio matris filiorum Zebedaei Matt. XX. 21. & con-
tentio discipulorum de primatu Luc. XXII. 24. testantur,
quam hunc ipsum Christi sermonem, quo illis fuit
declaratum quid & quomodo agendum sit, qualisve
esperanda merces, excepisse constat, utique hoc eo
faciebat, ut tempore triduano mortis Domini sui

animum non deponerent, sed certo essent persuasi
 Christum ex mortuis resurrectū & mox in coelum
 recipiendum, ibi paraturum locum pro ipsis. Nihilo
 tamen secius hocce Christi dictum, ut erant desides
 & insipidi, iis parum inhaesit *Luc. XXIV. 21.* *Nos
 autem sperabamus illum esse, qui redemturus esset
 Israēlem.* Quod si ita exponantur haec verba com-
 plementerentur testam admonitionem, quid in poste-
 rum discipuli agere debeant, & quod minime suffi-
 ciat semel Christum profiteri, sed fidem constanter
 servandam & ita praemium tandem reportandum.
 So wāre der Sinn: Wenn ihr mir so hinsühro wie
 bisher werdet als Wiedergebohrne gefolget seyn / so sollt
 ihr auch wenn des Menschen Sohn sitzen wird auf dem
 Thron seiner Herrlichkeit / sitzen und richten die zrodif
 Geschlechte Israēl. g) Correctionem fastus Petri,
 qui in externo opere gloriabatur, & non memor-
 erat Divinae gratiae, cui sua regeneratio accepta
 ferenda, igitur Christus teste innuere voluit sibi
 esse libertatem circa praemium, ejusque terminum
 sibi relinquendum, qui libere & gratiōse abs-
 que ullo, ad ullum meritum & opus respectu vo-
 casset, & regenerasset, quod enim discipuli Christum
 sequerentur, illud ex regenerante & verbum Christi
 foecundante Spiritu. Non autem eo illud sensu ac-
 cipiendum est, quod si ita uti hačtenus in posterum
 me fueritis secuti, ac si Christus suorum discipulo-
 rum actiones omnes adprobaverit, quas non omni
 modo regno & voluntati JEsu Christi fuisse confor-
 mēs abunde constat. Supponitur enim sub phrasi

axo-

πνεύματος της μη cognitionis, fidei, amoris & patien-
tiae incrementum, quod enim virtutes Christianae
continuo augmentatione opus habeant, in confessio est.

§. XIII. Medium tenent sententiae ultimae
fautores, qui nihil referre ajunt, sive haec εν τῷ πε-
λεγενεῖ cum sequentibus, sive praecedentibus co-
pulentur. 2.) Etiam sensus utroque modo planus
existat, praesertim in re de qua judicare Christiana
libertas permittit, & jubet. 2.) Interpunctionum
discrepancia, dum quidam codices per commota
interposita & a praecedentibus & a sequentibus se-
jungant, instar characteris haberi posset, quod
utraque exponendi ratio a scopo haud aliena sit.
Quis enim in tanta lectionis diversitate apodicticam
probationem susciperet, Oedipus id divinaverit!

§. XIV. Videbimus nunc quid sententiae unius-
cuusque rationibus opponi queat, prima quidem
Patrum testimoniis atque auctoritate, qua non move-
mur nisi & illorum dicta veritati sint consona nititur.
Et quamvis praesens quaestio ad ea pertineat, quae
fidei fundamentum directe non attingunt, quum
quisque eam pro suo concipiendi modo interpretari,
et secundum hanc sententiam vel ad resurrectionem
mortuorum, vel totius seculi innovationem referre
queat. Interea tamen Imo sessionis Christi in-
throno suo initium collocandum est in ascensione,
per quam dicitur coelum capere usque ad tempora
restitutionis omnium, Act. III. 21. & qui ad dextram
patris ceu consummatus sponsor electus est, eo mo-
mento, quum coelum ingredieretur. Neque hic
ob-

Quibus ex
causis qui-
dam medium
tencant, sc-
cundum ulti-
mam senten-
tiā,

Opponuntur
quaedam
sententiae
primae.

obstat, quod Christi gloria ejusque quies, cuius sessio in throno signum est, nondum perfecta dici queat, quamdiu ea non ab omnibus agnoscatur, & Ecclesia, ut Christi corpus, in hoc mundo graves ignominias & cruciatus sustineat, conjunctio enim *erat*, hanc sessionem restringit arctius ad Christi glorificationem, quae initium & causa glorificationis fidelium. Deinde 2do, Quemadmodum glorificationis fidelium initium ponendum in Christi exaltatione, ita & judicii illius, cuius assessores Apostoli futuri dicuntur, prout enim judicium fidelium judicio Christi subordinatum est, ita & per verbum Evangelii judicium pronuntiant in omnes, qui sese Christo, vel verbis, vel factis opponunt. Sic fideles dicuntur mundum judicaturi *1 Cor. VI. 2.* Quale autem hoc sit judicium quod ipsis quoque *Apoc. XX. 4.* tribuitur de eo vid. *Turretinus Theol. Elenct.* T. 3. pag. 670. & seq. ubi simul quaedam in hujus loci illustrationem reperiuntur. Quod 3tio de particula *erat* adseritur, illam respicere ad immediate praecedentia, concedi quidem potest id, salvo tamen sensu prioris enunciationis, qua in se completa. Ihr seyd mir bisher nachgesolget in der Wiedergeburt / quae verba in se complectuntur statum tristem & abjectum. Quid autem hunc statum insequetur? Ihr werdet mir auch gleich seyn in der Herrlichkeit/denn wenn des Menschen Sohn sizen wird &c. Sic miscentur tristia laeris. Sic duae occurserent distinctae veritates, nimirum 1.) Communio passionum & 2.) *novaria gloriae*, quae licet sint



sint sejunctae, simul tamen conspirant. Ut hinc nulla talis connexio per hanc particulam indicetur. Quod obtenditur 4to stramineum & lubricum est, auctoritas enim humana & multitudo sentientium regula judicii nostri non est. Narravere Patres tam esse sensum, sed si cui aliud quid videatur rei scopo conformatius, eligendi potestas conceditur. Turretinus verba Christi καθισθε καὶ οὐκε &c. ad dignitatem quam habituri sunt in coelis exaltati, ad communionem gloriae regni Christi supra ipsam Ecclesiam, duodecim tribuum nomine designatam, extendit, & purat verba ipsa aperte eo ducere, quia,, agitur, inquit, de tempore, quo Christus sessurus,, dicitur in throno gloriae suae, quod ultimo die im,, pleri debet, & de dispositione regni Christi, seu,, communione bonorum ejus, affidendo scilicet,, mensae ejus, & bibendo cum eo, quod perfecte &, plene demum fieri debet in coelis. „ Ubi tamen excipi posset, quare illa verba accubitus &c. in regno coelorum praecise referantur ad ultima tempora, novimus enim Sacram Coenam symbolum esse spiritualis cum Christo communionis, quae quoque inter solum nostrum spiritum & Christum intercedit, etiamsi plenior speranda, quando Spiritus noster in eo ipso corpore, quo olim usus, redemptorem suum videbit Job. XIX. 26.

§. XV. Dubia quoque & difficultates suas patitur secunda sententia. Quod enim spectat palmaria ipsius momenta, dum a) dicitur Christum statim post ascensionem occupasse thronum glo-

Dubia quae-
dam move-
tur contra
secundam
sententiam,

gloriae, b) per exaltationem Christi & redditum in locum, unde venerat, cœlum reclusum typumque scalae Jacobæ impletum, haud difficulter concedimus. Verum de his quaestio proprie non est, quum generaliora sint, sed de statu & conditione discipulorum diversa, qualis ea in hisce terris obtineat, qualis olim futura, utriusque enim hujus status *dūnī-
tūs* est manifesta. Quare videtur Christum huc maxime oculos intendisse, ut ostenderet, neminem cum se ipso triumphaturum, nisi qui per regenerantis Spiritus gratiam novam vitae rationem ingressus. Hinc simul concidit, quod c) proferebatur argumentum, novam, in Christi glorificatione, mundo ut *Clar. Roëllius* loquitur, faciem accessisse, sive doctrinam, sive mores, & quod addimus omnia gratiae beneficia, quae uberiori longe mensura tunc concessa, quod per effusionem Spiritus Sancti factum, spectemus. Regnienim coelorum initium & computus dicitur inde a Servatoris nativitate, & illo temporis articulo, quo muneri suo mediatorio per baptismum initiatius discipulos collegit, ceu passionum & insequentis gloriae testes, qui utique regenerari debebant & ita praeparari, quo postmodum digni Evangelii praecones cum inter Judaeos tum gentes esse possent. Ecquis enim negare sustineat Christi discipulos, simulatque vocabantur, aliam vitae rationem iniisse; quum haec maxime Judaeis, testante historia Evangelica, peregrina videretur, tantarumque calumniarum & persecutionem causa existeret? Ecquis dubitaret, Christi discipulos vere fuisse

fuisse regenitos, quam primum nomen suum Christo
 dedit, quum absque Spiritu Sancto in Christum
 nemo crederet, sincere ipsum amare & ita sequi que-
 at? Quamvis concedamus facile, post Christi glori-
 ficationem Spiritus Sancti operationes longe effica-
 ciores & suaviores tuisse. Spiritus Sanctus omni-
 um omnis temporis & economiae fidelium duxtor
 & consolator exitit. *Quo enim sensu Spiritus San-*
ctus Job. VII.39. non fuisse dicatur, de eo satis constat.
 d) *Qua ratione verba Apostoli huc adplacentur,*
 mirum videri posset, quum renovatio illa 2 Cor. V.
 17. omnibus ac singulis fidelibus, ubicunque
 etiam locorum existant merito conveniat, quum
 enim quis in Christum credit, eo ipso momento no-
 va evadit creatura: *Vitaeque hujus spiritualis sensus*
 eximiam hanc cujuscunque confessionem efficit.
 e) *Parum quoque praefidii enascitur ex connexione*
 & scopo, ad hanc opinionem stabilendam, quantum
 enim nos videmus ille scopus Servatoris, ut de secu-
 tura olim glorificatione, & plenissima liberatione
 certiores suos discipulos redderet, obtinere potest,
 etiamsi verborum *Ἐν παλιγγενερίᾳ nulla habeatur*
 ratio, sequentia enim: *Quum federis filius hominis in*
throne gloriae suae, sedebitis vos etiam in thronis XII
judicantes XII tribus Israël. Et quisquis reliquerit
domos, aut fratres, aut sorores &c. causa nominis
mei, centuplicia accipiet, & vitam aeternam heredi-
tatis jure possidebit, satis superque statum novum &
gloriosum innuunt. Demushoc quoque quod Chri-
stus instantem, & felicem illam καταρροφήν, quum ad

D

dex.

dextram Patris evertus, judicium in Judæos per suos discipulos prænuntiaverit, imo Hierosolymam & cum ea rempublicam, & terram Judaicam evertendo illos ipsos judicaverit & condemnaverit, qui ipsum ut blasphemum & seditionis datum damnaverant prius. Tantum tamen abest, ut Judæi, qui hic dicuntur judicandi, justa Dei judicia in gravissimis etiam poenis agnoverint, & verbum Evangelii reeeperint, quin potius in dies majore adversus Christum ejusque discipulos odio exarserint, eosque & gravissimis persecutionibus fuerint adorti. Et quod de Judæis verum, omnibus etiam Ecclesiae Christianae hostib⁹ haud immerito tribuendum est, praedicatio enim Evangelii & judicij a Christo olim exercendi a plerisque derideret, & non aliter aestimatur quam fabula & plebejorum hominum terriculamentum. Adeo ut fidelium conditio in hoc mundo laeta & splendida non adpareat, sed facies ipsius plerumque tristis & pallida instar lunæ variis vicissitudinibus obnoxiae. Talis ergo regeneratio in hoc seculum non quadrat.

Nec tertiae sententiae vires & pondera tanta sunt, ut ab omnibus objectiōibus tutæ.

§. XVI. Tertiae expositioni opponi posset 1) sensum admodum durum & coactum fingi, quasi vero discipuli Christum sequi debuissent in regeneratione, quum ille qui *coros, ananos, apianos* nulla opus habuerit regeneratione, quæ tantum modo requiritur in hominibus originali & actuali peccati labe infectis. Si igitur sensus foret, discipulos Christum fecutos in regeneratione, suspicio oriretur Christum ejusdem etiam quoad peccati maculam, cum inhae-

ren-

rentem, tum imputatam cum hominibus fuisse conditionis, quod vel cogitare summa foret blasphemia.
 2.) Nullum ejusmodi extare in toto N. T. codice exemplum, ideo 3.) praeter necessitatem tale quid statui, quisquis enim rerum Divinarum cognitione mediocriter tinctus sit, illum minime esse ignorum, quod homo Christum sequi cupiens regenerari antebeat, & ita demum in regnum coelorum recipi Job. III. 5. 4.) Consequenter ejusdem esse momenti, quod dicatur, promissionem tum demum hahere locum, quando stipulatio fuerit praemissa. Multis enim in locis promissiones exhiberi, et si nihil requiritum a fidelibus, quin imo per se patere neminem in regnum coelorum venturum, nisi qui faciat voluntatem Dei. 5.) Ipsi discipulis hanc locutionem plane fuisse incognitam & obscuram, sequi Christum in ἡ παλιγγενεσίᾳ 6.) Admodum difficile esse dijudicatu, num discipuli Christi regeniti fuerint, ipsorum enim fastus, terrenus & plane carnalis de regno Christi conceptus, contentio de primatu, Petri studium impediendi instantem Christi passionem Matt. XVI. 22. talia sunt crimina, quae de regenitis vix ac ne vix dici queunt. 7.) Huc quoque facere versionem Syriacum, quae non tantum signum distinctivū post illa verba, qui me secuties̄, ponat, sed etiam sic habeat οὐτινούσις &c. in seculo novo, quum sedebit filius hominis super iheronum gloriae sua: Atque adeo illam distinctionem, quum Christus ipse Syriaca dialecto usus fuerit, retinendam. 8.) Non frustra poni articulum demonstrativum THI παλιγγενεσίᾳ, quod

D 2

fi

si enim Servator nihil aliud indicare & monere voluisse, quam ut discipuli ipsum regenerati sequerentur, scilicet in genere ipsum dixisse εν παλιγγενεσίᾳ.

Ultima sententia tenet medium, quare ei pauca opponi possunt,

¶. XVII. Dum quis nulli harum sententiarum suum calculum addit, sed eclecticum agit, cui semper libera eligendi facultas, injuste quartae opinionis sectatoribus controversiam moveri quis putaret. Eo tamen non obstante primo objiceretur, certum Sacrae Scripturae sensum ubique praeferendum incerto, quare quem probabile sit Servatorem ante mortem cum discipulis, absque ulla ambiguitate locutum, rem melius institui, si certam quis interpretandi rationem sequatur. Secundo si conferantur expositiones, & variae lectio[n]es, quae cum praecedentibus & sequentibus vel conjungunt, vel ab iis disjungunt, eas fore plures p[ro]ae illis, quae & cum sequentibus & praecedentibus connectunt, συμ[β]ουλίου seu distinctivo signo verbis, εν Η παλιγγενεσίᾳ & a praecedentibus & sequentibus divulgisi.

Iniquum de hac exercitatione judicium aequum rerum arbitris non faret.

¶. XVIII. Nemo tamen nos temere accusaverit, ac si dubiis, quae imperitus quisque movere posset, delectaremur, ac studeremus quemvis difficultum S. Script. locorum sensum suspectum incertumq[ue] magis, reddere, quando mox adfructum, mox vero destruictum iverimus, quod terminus παλιγγενεσίας vel in resurrectione mortuorum & renovatione seculi, vel Christi ex mortuis resuscitatione sit ponendus. Omnem profecto a Sacra Scriptura animum luxuriantem, & scrupulos injicientem exulare jubemus, quum nihil nobis magis curae cordique sit, quam ut

ut verum genuinumque sensum eruamus, & vindicemus. Pietas in Deum suadet, ut ipsius verbum sanctis tractetur manibus, sancta volvatur mente. Quare hac cautela omne judicium finistrum depellimus, & rogamus ut quisque hanc disquisitionem aequa rationis lance dijudicet, nosque in eorum centrum non referat, qui *κατηλεύειν τὰς γραφὰς* suum *ἔγραφον* arbitrantur. Dissertationem enim conscribimus, in qua, quicquid contra moveri poterat, extare debuit.

§. XIX. Optio igitur si nobis, pro libertate unicuique concedenda, datur utram elegamus, ea esto tertia interpretatio, quae cum praecedentibus *τὴν παλιγγενεῖαν* copulat. Cujus rationes §. XII. ejus roboris nobis videntur, ut parum vel nihil contra eam valeant, quae §. XVI. in medium prolata sunt. Refellere nullo quisquis negotio poterit. Absit Christum eadem labo, qua nos premimur miseri, infectum. Absit Christum regeneratione opus habuisse, qui est a peccatoribus separatus *Hebr. VII. 26.* haec enim nemo sanus vel ad momentum in dubium vocaverit. Christus voluit, quin imo jussit discipulos id continue exequi, quod Spiritus, cuius gratia erant regenerati, distinetaret, serio mandans, ipsius parerent praecepsis, & pergerent ipsum sequendo *Matth. XVI.* Hic enim Spiritus non alia, Christo mediatore in his terris versante, docturus, alia, ipso in coelum electo, praecepturus erat. 2) Quum dicunt exemplis destitui secundam sententiam, illud plane absonum videretur, licet n. nullibi eadem locutio

oc-

occurrat ἀκολαθεῖν ἐν παλιγγενεσίᾳ, tamen aliae sunt,
 quae de beneficiis gratiae dicuntur e. g. quando
 1 Cor. XVI.13. dicitur γένηγενετε, τίκνετε ἐν ἡμί πίστει &c.
 conf. Col. II.7. 1 Tim. II.15. & si etiam quis nolit hanc
 responsonem admittere, sufficit, quod ἀκολαθεῖν τὴν
 Χριστῶν ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ commodum hunc fundat
 sensum, regenerantis Spiritus indicia luculentissima
 prodere, persistendo in fide, charitate, sanctitate at-
 que actu παλιγγενεσίας fructus uberrimos ferre.
 3.) Nullius quoque ponderis illud est, quod objec-
 tur notissimum esse, hominem antea regene-
 rari, deinde demum Christum sequi debere. Quis
 nescit, quod quilibet fidelis in fide persistere
 debeat, si velit gloriae futurae haeres esse, interim
 tamen toties totiesque inculcatur τίκνετε ἐν ἡμί πίστει:
 quemadmodum igitur nunquam satis fideles de offi-
 ciis debitibus monentur, ita praesertim de regeneratio-
 nis fructibus. 4.) Corruit hinc sequens opposi-
 tio, dum liberum Deo est aliquando vitam aeternam
 & beneficia gratiae in h. seculo promittere, nulla
 mentione facta conditionum, sub quibus ea promit-
 tuntur: supponitur enim ubique stipulatio foede-
 ris gratiae: *ambula coram me & esto integer Gen.*
XVII. 1. 5.) Concedamus discipulis Christi illam
 locutionem fuisse incognitam: eo magis necessarium
 erat ea alta mente reponi, intimisque infigi medullis,
sequimini me in regeneratione: multa alia illis minus
 nota fuere, maxime tamen necessaria, quae postmo-
 dum demum cognovere, de Christi passionibus
 & insequente gloria, quae Christo ex mortuis
 re-

resuscitato ipsis patefacta. Neque dubium est,
 Christum, post resurrectionem in hisce terris versan-
 tem, prolixius aperuisse, in quo consistat ἀνάστα-
 σις ἡ παλιγγενεσία 6.) Leve est & plane alienum, di-
 cere Christi discipulos non fuisse regenitos, idque
 colligi ex fastu, carnalibus de regno Christi con-
 ceptibus &c. Esto quod fuerint in discipulis Christi
 naevi, iis non obstantibus, fuere regenerati; per
 regenerationem in hac vita non statim perficiuntur,
 sed ad perfectionem, ut tendamus, incitamur. In
 sanctissimis remanent infirmitates, quas non nisi
 cum mortalibus exuvias deponent. David rege-
 nitus, sed nihilominus graviter lapsus 2 Sam. XI.
 Paulus, electum Domini nostri Iesu Christi instru-
 mentum, de se conqueritur, quod ob belligerantem
 in membris legem adversus legem mentis, ea non
 faciat, quae debeat. Rom. VII. 17. seqq. Quanta
 huic Apostolo magno gentium doctori σκέψης ē ἐδόθη
 τῇ σοργῇ αὐτῷ facessiverit negotia, ex 2 Cor. XII. 7. mani-
 festum est. Veram & salutarem, adeoq; minime hypo-
 criticam de Christo fidem Petrus habuit, etiam si male
 existimaverit Christum sospitatem suum sine pas-
 sionibus fore. Matth. XVI. 22. 7) Frigidum est
 argumentum ex Syriaca versione petitum: distin-
 xerit Syrus interpres, & mereatur interpretis fidem:
 eo tamen minime convincimur. Si constaret
 Christum, dialecto Syriaca loquentem, ita distinxis-
 se, pietas flagitaret eam distinctionem ratam habere
 ac venerari. Humana vero apud nos minime valet
 auctoritas. 8.) Frustra tandem urgetur articuli
 de-

demonstrativi, dum dicitur *ἐν ΤΗΙ παλιγγενεσίᾳ*,
nervus, *η παλιγγενεσία* enim aequo respicere potest
quoniam imo debet ad regenerationem discipulorum,
cujus Servator illos jugiter vult esse memores, atque
ita veros regni coelorum N. T. quod *intus in ipsis esse*
debuit, *Luc. XVII. 21.* fovere conceptus; non au-
tem mundanas delicias, divitias & gloriam ab ipso
sperare, quo praejudicio tunc communi, discipulos
Christi laborasse negari nequit: eo namque spectat
illorum quaestio *Act. I. 6.*

Scopo Christi
sententiam
tertiam ma-
xime inser-
vire ostendi-
tur,

§. XX. Haec sunt sententiae a nobis re-
cepiae praesidia, quae ulterius sese adprobarent, si
nobis volupe esset pluribus scopum Servatoris nostri
urgere, qui utique primarius fuit Petri fastum retin-
dere, praejudicia ipsius & sociorum de regno glorio-
so in hisce terris erigendo, cogitationes plane dispe-
lere, & ad veram fidem ac constantiam hortari disci-
pulos, quare usus est eleganti hac dictione, *ἀνολαζό-
σαντες μοι*, quod secundum *Cyrillum Alexandr. lib. 4.*
in Job. cap. IV. non juxta corpus intelligitur, sed potius
virtute, quae *ipfis se exerit operibus, praestatur.* Videat-
tur Suicerus, qui plura adulteri exempla, ea quae §. XII.
diximus valde illustrantia. Idem igitur esset, ac si Christus
Petro & discipulis reliquis sub illis verbis *εἰ ανο-
λαζόσαντες μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ* dicere voluisse. Nolite
credere, quod regnum in toto qua patet orbe glo-
riosum & mundanum erectorum, more regum in ex-
celso solio adpariturus, Israëli, semini Abrahami,
omnes terrarum incolas subjecturus, & vos primos
in hoc imperio ministros a latere sim constituturus:
Noli-

Nolite hac falsa ac vana vos spe lactare. Aliud longe imperium & regnum est, illudque non hujus seculi (prout id egregie & perspicue ex Matth. XX. & Job. XVIII. claret,) quod vobis expectandum. Contemtum regnum meum in hoc mundo est, nullus ipsis splendor & pompa, quemadmodum me videtis pauperem & abjectum, quare si me sequi vultis, eandem vobis obventuram sortem, eandem vobis viam calcandam credite, & adversus instantes afflictiones animos vestros munite. Si adtenditis ad illa Spiritus mei dictamina, quae in regeneratione mentibus vestris insinuavit: illa dicent, qualis regni mei spiritualis sit conditio; nam uti regnum Dei, quod per regenerationem advenit, cum dolore in vobis inchoatum, ita & in posterum usque ad finem variis afflictionibus obnoxium est; verum ideo animum non abjecite, me ducem vestrum intuemini, vestigiis meis insistite: videtis me quidem nunc villem, & abjectum, alia autem mox & splendidiori facie adparebo, ex mortuis suscitarus ad dextram potentiae electus, in coelis sedebo, & ibi locum vobis parabo. Illud igitur seculum expectate οὐαὶ (de quo egregia vide apud Jac. Rhenferdium in Dissert. de phraſi Graeca N T. ὁ διῶρ ἐ μέλλων & Hebraea νοῦ ὀψην) in quo perfectio vestra speranda, ibi sedebitis ut Domini & judices, qui nunc reputamini servi, περικαθάργατα τὸ κόσμος, πάντας περίψυχα. Ita Christus vitae aeternae gloriam & felicitatem promisit discipulis, sed sub conditione fidei & resipiscientiae, sub conditione continuandae παλιγγε-

E

σιας,

scilicet fructuum, ex ea proventurorum, tolerantiae omnium afflictionum acerbissimarum, in tolerantia inconcussae fidei, ingenuae nominis sui confessionis, & quae alia sunt. Haec autem omnia ita sese habere, eo majori fiducia nobis persuademus, quo ipsa promissio discipulis facta, sc. sessio in throno &c. erat clarior etiam respectu termini in quo inchoanda. Fuerint licet discipuli in quibusdam rudes, adeo tamen insipidi non erant, ut ignorarent, plenam felicitatem non prius conferendam, quam post ultimum judicium, & totalem hujus mundi renovationem: utrumque illud, nimurum credere restitucionem regni Israëlitici, & credere restorationem omnium rerum, in fine mundi, simul stare potuit. Et sane quid eximius dixisset Christus, si per τὴν παραγένεσιν, nihil aliud, quam mundi regenerationem voluissest intelligere, de qua praeter Sadduceos dubitabat nemo? Firmis ergo nostra sententia innititur rationibus, quas non labefactat objectio (cujus §. XIX. mentionem facere debuimus) ex locis affinibus *Marc. X. 30. Luc. XVIII. 30.*, quod ibi Christus veram mercedem in seculo futuro recipiendam docuerit, sed qualis illa consequentia? Servator vitam aeternam εἰς διάνειται εἰς χαμένων promittit, ergo περὶ διάνειται τὸν ερχόμενον παλιγγενεσίαν exprimitur. Minime: nam quae prolixius apud Marcum & Lucam, brevius à Mattheo recensentur, qui satis habuit dicere ζῶντας διάνειται καὶ προνομίσει in fine versus 19, subintellecto illo termino seculi futuri,

§. XXI

§. XXI. Adversus verum hujus loci & της
 $\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\epsilon\sigma\alpha$ sensum gravissime impingunt Myſtici,
 Chyliſtae, & ἀπονατασσεταις ιαν παιδια, in qua ipſis
 damnatis, & angelis & hominibus, ſalus obtingeret,
 patroni. Frustra hi ſuae ſtolidae opinionis firma-
 menta h. l. quaerunt, quum Christus adeo aperte
 diſtinguat inter pios & impios, his vitam aeternam
 promittendo, illos ad τὸ πῦρ, τὸ διάνοια relegando
Matth. XXV. Illi oleum ſimiliter perdunt & operam,
 quum Christus, & praefenti loco & alibi, Eccleſiae
 ſuae in hoc mundo militanti, graves praedixerit
 adſtſtiones. Regnum ipſius uti non eſt de hoc
 mundo, ita non veniet eo modo, quo illi expetunt.
Luc. XVII. 20. In iſtorum quoque gratiam nihil in
 hac $\pi\alpha\lambda\gamma\gamma\epsilon\epsilon\sigma\alpha$ Christus conſignavit, quaſi homo
 Divinam imaginem perfecte exprimere, in Deum
 redire, & ita, quae Myſticorum Theologorum vox
 eſt, deificari poſſit. Augmentum enim pietatis &
 constantiam in fide commendat Servator. Exulent
 igitur fanaticorum ſomnia, & deliramenta. Pereat
 tale regnum, quod non niſi in corruptae phantafiae
 cerebro extruitur. Faceſtant hinc coelum terra-
 commiſſentes, ima ſummis confundentes, ſatum
 viae in ſatum patriae transmutantes. Cum ejus-
 modi hominum monſtris nullum nobis & omnibus
 veris fidelibus intercedit commercium. Nos Chri-
 ſtum ſequimur per crucem, & juxta ipſius doctrinam,
 ceu veri nominis $\alpha\iota\kappa\alpha\lambda\theta\omega\iota$ incedentes, mercedem
 pleniffimam, quam ex mera gratia dabit benigniſſi-
 muſ noster Servator, expectamus in futuro ſeculo,

quo ad poli gaudia recepti impium mundum, qui
Christum εἰς παλιγγενεσία τε ὑπὸ διώκος sequi re-
cusavit, judicabimus.

Terminus.

אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן אָמֵן

Corollaria Respondentis.

I.

Verba Gen. IV.7. non de pec-
cato, quod Cain illi dominari potuerit
intelligenda, sed interrogative, interpretan-
da sunt: *Tu ita ipse dominaberis?* potesta-
tem sc. in ipsius vitam tibi arrogando.

2.) Quod Jacob verbis Gen. XXXIII. 10.
בְּעִזְמָנֶךָ פָּנֵץ כִּי אַתָּה
quandoquidem as-
spexi faciem tuam ac si faciem Dei aspexisssem,
nihil commiserit, quod vel mendacium,
vel adulationem sapiat, statuimus.

3.) In die novi anni גָּמָן תְּבוֹא Judaeos cornu
arietinum & non bovinum vel vaccinum
inflasse, ne te μοχοποιας criminis, specie
quapiam, reos redderent ipsorum fabulis
adcentendum est,

4.) Quan-

- 4.) Quando versus 21. cap. III. *Eccles.* ita in Germanica versione extat, ut simplicibus mortalitatis animae suspicio ingenerari possit, longe melius est illum pro genuino verborum significatu vertere. Wer kennet den Geist des Menschen/ der da aufwärts fähret/ und den Geist des Viehes/ der unterwärts in die Erde fähret? cum quo Judaica & Belgica versio, ut & Latina Iunii & Tremellii egregie conspirant.
- 5.) Serpens aeneus non diabolum praefiguravit, sed egregius fuit Jesu Christi typus.
- 6.) Per Thammuz *Ezech.* VIII. 14. non crocodilus, sed Osiris, & per hunc cum Moses, tum Josephus intelligendus est.
- 7.) Per τὸ πῦρ *Math.* III. II. quo Christus baptizatus erat, & salutaris de peccato convictio, & hinc ortus dolor, atque reproborum perditio intelligi potest.
- 8.) Similiter πῦνα ἄγιον & τὸ πῦρ spiritum igneum per hendiadyn indicant.

9.)

- 9.) Βαθολογία *Matth. VI. 7.* cum ex gentiliū Deorum πολυωνυμίᾳ in precibus recepta, respectum simul habito ad Battum Poëtam, tum vero ab inconditis & primis infantum vocibus desumptum est.
- 10.) Quum iris smaragdina adeoque unius tantum coloris *Apoc. IV. 3.* thronum circumdedisse dicitur, id illustri ratione perfectam Dei cum hominibus reconciliationem significat.
- 11.) Verba *Marc. XI. 13.* ἀγὰς ἦν καιρὸς σύναντι inter tot sententiarum divortia sensu communi exponenda, non enim erat tempus sicuum, & mystice scopo Christi adpcionata esse censemus.
- 12.) Dum Apostolus Paulus ad *Hebr. XII. 24.* dicit: quod accesserint ad novi foederis mediatorem IEsum, & sanguinem adspersionis potiora loquentem, quam loquatur Abel, sacrificium Abelis illiusque sanguinem ultimis verbis innui judicamus.

Gra-

* * *
GRATULATIO

PRAESIDIS

AD


ORNATISSIMUM ATQUE PRAESTANTISSI-
MUM JUVENEM

DN. JOHANNEM JACOBUM
CUNTZE,

AUDITOREM DILECTISSIMUM,
RESPONDENTIS PARTES EGRE-
GIE SUSTINENTEM.

Kαλλιστέν εἰς κλῆμα παιδεία βούλοις. Eruditio
pulcherrima mortalibus est possitio,
egregie dixit Menander. Nobis Christianis ea
audit vera eruditio, quando Servatoris nostri
verba serio meditamus, modum ipsum sequendi
sedu-

sedulo inquirimus, Θ παλιγγενετίας Spiritu ad
 beatissimum aeternitatis seculum praeparamur.
 Laude igitur dignum Tuum institutum est, dum
 omnibus eo contendis nervis, ut tale Tibi bonum
 Θ κτῆμα adquiras, quod nulla temporum injuria,
 nullae hujus aevi acerbitates intervertere, non
 fures auferre, non rubigo consumere, non tineae
 corrumpere valent. Gratulor Tibi de Tuae indu-
 striae publico specimine. Gratulor de felicissimo
 initio pulcherrimae mortalium possessionis, quam
 ubicunque locorum deges, tecum portabis. Gra-
 tulor de bono quod mentem Tuam perficere Θ
 aeternum summis perfundere potest gaudiis.
 Fauxit JEHOVA quo Tua studia in parentum
 omniumque Tuum cedant gaudium. Prae-
 ret Te benignissimus noster Servator τῆς παλιγγε-
 νετίας Spiritu, quo Ecclesiam regenerandi Θ
 aedificandi electum in ipsius manu sis
 instrumentum.



01 A 6538



5b.



B.I.G.

Black

29

20

DISSESSATIO PHILOLOGICA,

DE VERBORUM

EN TH_r ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ,
Matth. XIX, 28.

SIGNIFICATU ET
COHAERENTIA,

Quam

DEO T.O.M. ALISIBUS CLEMENTER ADSPIRANTE

PRAESENTE

FRANCISCO ULRICO
WALTERO,

S.S. THEOL. DOCT. LING. GRAECAE PROFESS. ET ECCLES.

REF. PASTORE,

AD DIEM JANUARII MDCCXXXI

H. L. Q. S.

DOMINORUM COMMILITONUM
discussioni offert

RESPONDENS

JOHANNES JACOBUS CUNTZE,

MOLLENBECCA · SCHAUENBURGICHS HASSUS.

RINTELII

TYPIS JOHANNIS GODOFREDI ENAX

ACAD. TYPOGR.